



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 20. Commendonus Berolinum delatus, ibidemque Electori
Brandenburgico collocutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

genere ab Electore Brandenburgico ex-
cipiebatur.

Sæc. XVI.
A.C. 1561.

§. XX.

*Commendonus Berolinum delatus,
ibidemque Electori Brandebur-
gico collocutus.*

Hic idem Princeps, quamvis Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono Protestantium sectam in suas ditiones invexisset, præ ceteris tamen omnibus magis propensum ad Ecclesiæ sinum revertendi animum exhibebat; semper enim multos ritus, ac Ecclesiæ Romanæ consuetudines fartas adhuc conservabat: itaque Joachimus vix comperto Nuntii adventu quanto- cius ex suis præcipuis Consiliariis duos eidem obvios misit, qui Nuntium Electoris nomine salutarent, eumque altera die ad prandium invitarent: cum vero Nuntio esset relatum, quod Elector eidem ante convivii horam colloqui, ac præsentibus quibusdam suis Theologis unioni adversantibus sua responsa dare percuperet, hinc Commendonus studiose tempus, quod prandio destinatum erat, non præveniebat, animo tamen suo constituens, quod durante convivio quædam verba de Religione inspergere vellet, exinde melius Electoris animum

*Gratian. l. c.
Pallav. c. 4.
n. 2.
Epist. Com-
mend. ad Be-
rom. Card.
15. Febr.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1561.

exploraturus, illumque ad consilia Religionis proficua inducturus. Nec Commendoni consilio prosper defuit eventus; quippe Joachimus omni obsequiorum genere, quo a Principe Sacræ Sedis addictissimo, ac studiosissimo honorari potuisset, illum exceperat, necnon cuncta, quæ ipse de Concilio proferebat, cum summa tranquillitate auscultans, adeo non continuandæ Synodi propositum vel minimo signo reprobat, ut etiam illam celebrari, non sine maxima animi sui lætitia excepisse, ac plurimum ad pacem propensus videretur: quinimo nunquam de Pontifice absque singulari veneratione, ac decencia verba faciebat: absoluto autem prandio, hospiti suo quietem procurandi obtentu usus, ipsum ad cubile deducebat, quin per integrum diem de cuiuscunque negotii summa cum illo colloqui vellet. Altera die rursus cum eo mensæ accumbens, de variis rebus nil ad rem attinentibus cum illo fermocinabatur, cumque illum saltem per quindecim dies detinere intenderet, hinc sedulo omnem de legationis suæ causâ agendi occasionem removebat.

§. XXI.

*Synodi diploma a Commendono porre-
ctum, Electorisque responsum.*

Cete-